



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 94. Quis ab hac Excommunicatione possit absolvere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

quæst. 5. num. 36. id certè arbitrio boni viri relinquendum est, uti plenius ostendi infra quæst. 106. Idque nisi aliud impedimentum vel antequam reditum accipiat, vel in ipso reditu superveniat, nam eo casu dicitur eadem ratio Romipetarum Eugeniæ constitutionis durare. d. §. tamdiu vers plane Rom. l. si vero §. de viro num. 230. fol. mar. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. casu 153.

Q U Æ S T I O X C I I .

An statim post reditum ad patriam cesset hæc Eugeniæ.

S U M M A R I U M .

1. Reversis ex urbe tempusculum est concedendum ut quiescant.

Non tamen, sed reversis ex Urbe modicum temporis concedendum est ad res suas componendas & ad quiescendum, l. ab hostibus ubi Barib. §. sed quod simpliciter ff. quod met. causa. ego duos aut tres dies sarciculas componendi quiescendique gratia concederem per late notata à *Monsia de distribut. quotid. par. 2. quæst. 12. num. 49. & seqq.* vel certè judicantis id arbitrio pro qualitate rerum & personarum relinquendum. *Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. casu 33. num. 1. & 2.*

Q U Æ S T I O X C I I I .

Quæ sit pena ordinatorum jurisdictionem in Romipetas exercitium.

Pateris Eugenius Pontifex IV. ipso facto excommunicatos esse decernit. Quæ quidem excommunicatio monitionem antecedentem non requirit, uti superius, *Quæst. 79. ostendi.*

Q U Æ S T I O X C I V .

Quis ab hac excommunicatione possit absolvere.

Nemo præter Papam, quia ipse absolvendi potestatem sibi reservat, præterquam in mortis articulo.